

Christi suam iusticiam et equitatem supra dicta monasteria retineant, sicuti a primis diebus instituta fuisse noscuntur. Nos itaque regali^a precepto^b atque statuto^b prefatis aecclesiis recto tramite secuti sereno vultu conscribi iussimus, ut quacumque hora supra dictus archiepiscopus sive aliquis suus^c successor ea monasteria dissipare vel destruere voluerit, unum scilicet consecratum in^e honore^e domini et salvatoris nostri Iesu Christi^d de prefato^e loco Tolla, alium vero in honore supra dicti sancti Constantii, sive aliquid de rebus predictorum monasteriorum alicui dederit vel de aecclesia sancti Ambrosii^f alienaverit, statim in nostra defensione et tutela revertantur predicta monasteria; insuper regalem curam atque investituram deinceps ex nostra manu sive de nostris successoribus abbates illius loci recipiant, sicut a primevo tempore quando^g instituta fuerunt, et nusquam ab illo die archiepiscopo necque successori eius respondeant. Denuo nostrum est edictum, ut, si predictus archiepiscopus seu aliquis successor suus [t]emerrario ausu fuerit hoc facer[e q]uod superius legitur, sciat se^h compositurum auri optimi libras CCCC aut honore privetur. Ille vero, qui ab eo aliquid de pretaxata^h monasteria^h receperit aut pro pretio aut pro aliqua amicicia has aecclesias et delere sive tenere voluerit, similiter sciat se^h compositurum auri optimi libras CCCC, medietatem kamere nostrę et medietatem supra dictis monasteriis, aut omnia bona eius in bannum eveniant, et iam dictę aecclesię in nostra firma potestate et regale^h defensione semper maneant. Precipiendo etiam precipimus de consecratione abbatum eorum locorum ita fiat, [ut]ⁱ, ubicumque sibi placuerit, aut Romę aut in quacumque civitate benedictionem accipiant. Si quis vero ausus fuerit corrumpere hoc nostrum regale preceptum, componat poenam, sicuti superius recitatur, et sic inviolata monasteria persistant in nostra tutela et providentia seu nostrorum s[ucce]ssorum imperatorum. Preterea iubemus, ut nullux^h dux marchio archiepiscopus episcopus comes vicecomes sculdassius gastaldio aut ullus rei publice pro[cu]rator nullave regni nostri magna parvave persona supra dicta monasteria aliter conturbare presumat, nisi sicut superius nostrę precepit pietatis excellentia. Quod ut verius credatur diligentiusque

a) 'i' korr. aus 'e'. b) 'o' beide Male korr. aus 'ū'. c) über der Zeile nachgetragen. d) dahinter Rasur von etwa 5 Buchstaben.
e) 'f' korr. aus 't'. f) an 'm' korr. g) 'ua' anscheinend auf Rasur.
h) A. i) dem Raume nach ergänzt.